



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.**

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex  
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis  
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè  
explicantur.

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetii, 1647**

Ad Candidvm Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9521**

# AD C A N D I D U M LECTOREM.



REVIA RIT Romani Leges , & Rubricas , neminem adhuc legi , qui plenè explicauerit : nonnullas attigit in suo Ceremoniali Hispano Petrus Ruiz ; sed eorum aliquot in prima recognitio Breuiarij metu mutatis , redditus est fere intulis eiusdem laudabilis labor ; antiquiores alij , qui de Horis Canonicis scripserunt , quām paucissimas sunt persecuti ; etiam formam cuius causis mysticis indicantur ; præterea nihil : plurimæ post Concilium Tridentinum addite fuerunt Rubricæ , quæ Commentarijs egent , & Notis . Post horum Commentariorū editionem primam , scripsit in easdem Breuiarij Rubricas , Thomas Aluarez Lusitanus non contemnendum opusculum ; in quo tamen abundat ille sapientia in sensu suo , præter legitimum Rubricarum sensum , quem in Urbana Breuiarij recognitio diligentius examinavere Delegati ; & suis locis significabo . Itaque collegi in hoc altero volumine Rubricas omnes ; quæ ad Horas Canonicas attinent , demonstrao , ut in priori volumine , cuiusque ritus Origine , Causa , Obligatione , Praxi , & Vī proprio , de maiorum auctoritate , Decretisque Sacrae Rituum Congregationis ritè , & opportune additis : diuersa tamen methodo à superiori volumine ; non textui Rubricarum mordicus inhærens , sed ea omnia , quæ ad Breuiarium attinere , seu in Breuiario contineri videbantur , in decem Sectiones , & centum capita diuidens : quibus non modo vniuersæ Ecclesiæ , cui labor meus deseruire possitimum debet ; verum etiam particularibus Ecclesijs in ijs , quæ eorum sunt propria , fiat abunde satis . moneo Lectorem , quod pro dignoscenda horum quoque rituum antiquitate recurrendum erit ad primos prioris voluminis Indices : proprios autem dabunt Indices proximæ , quæ sequuntur , paginæ . Vale , & Autorem salutis ora pro salute auctoris .



DON.